

§. III. De Hospitalibus.

110 R Ebus Religiosis æquissimò jure accensentur Hospitalia, Episcopali autoritate erecta cap. ad hoc 4. de Religios. Dom. Sunt enim loca, ad usus pios, videlicet recipiendos hospites, aut pauperes destinata. Et quidem, si recipientur peregrini & pauperes, iter facientes, vocantur Xenodochia; Si alantur mendicantes invalidi, dicuntur Procurophobia; Si sustententur pupilli seu parentibus orbati, Orphanotrophia nominantur; Si educentur infantes expositi, Benefotrophia nuncupantur; si ægroti & infirmi ad curam suscipiantur, Nosocomia appellantur; si leprosi foveantur, Leprosoria audiunt; si denique senes pauperes admittantur, Gerontocomia salutantur. Gonzalez ad cit. cap. ad hoc n. 4. Franciscus à Mostazo in cit. tract. de caus. p. lib. 4. cap. 11. n. 2. & 3.

112 Dixi: Episcopali autoritate erecta. Hæc ubi deficit, Hospitalia quidem locus pius reputabitur, si ad opera pia sit perpetuò deputatum, gaudebitque favoribus causæ piæ; at locus Religiosus haud erit, nec illius favoribus perfruetur argum. cit. cap. ad hoc. ubi Gonzalez num. 5.

Quando nescitur, an Hospitale Episcopali autoritate sit erectum? Judicium pro Episcopali autoritate ex conjecturis desumendum est, quarum I. est, si Hospitale sit erectum in formam Ecclesiæ cum campanili in loco publico; II. Si Episcopus confirmet aut deputet Ministrum; III. Si in eo fuerint sepulturae & cæmeterium; IV. Si Hospitalitas à tempore, de cujus initio non constat, fuerit exhibitæ; V. Si non solverit collectas, alias Magistratibus Sæcularibus præstari solitas. Franciscus à Mostazo in cit. tr. l. 4. cap. 11. n. 11. & seq. His aliisque conjecturis cessantibus, citatus à Mostazo num. 14. censet, Hospitale pro loco pio habendum, & omnibus privilegiis Ecclesiarum honorandum esse. Sed quia autoritas Ecclesiastica est qualitas extrinseca & adventitia, nec præsumitur, nisi probetur: credendum est, ejusmodi Hospitale reputandum esse locum piæ, non verò Religiosum, prout judicant Riccius, Rubens, & Rota Rom. apud eundem à Mostazo n. 13. apud quem cætera, quæ de Hospitalibus rescire reperit, in cit. cap. 11. peror. uberius tractata reperiuntur.

CAPUT III.

De Beneficiis Ecclesiasticis.

Post Res Religiosas ponimus Res Spirituales, nempe Beneficia Ecclesiastica, circa quæ, in tota latitudine dignoscenda, non solum maximam partem occupatur Jus Canonicum in Libro III. tit. V. & seqq. sed etiam quàm plurimi Canonistæ copiosissimos tractatus ediderunt. Erit itaque & nobis de hisce Beneficiis paulò latius tractandum, sed intra limites, quos operis suscepti rationes præscribunt.

SECTIO I.

De Natura Beneficiorum.

SUMMARI A.

1. & seq. Beneficii etymon & derivatio. 3. & 4. Synonymia. 5. & seq. Homonymia. 7. Descriptio. 8. Est Jus perpetuum. 9. & seq. Perpetuitate ex parte Beneficiarii. 11. & seqq. Est Jus reale, usufructui simile. 15. & seq. Habet annexum servitium spirituale. 17. Desiderat autoritatem Ecclesiasticam. 18. Et personam Ecclesiasticam. 19. & 20. Capellaniam est Beneficium, sive perpetua, & autoritate Ecclesiastica erecta. 21. & seq. Ostenditur idem ferrè de præsumptione. 23. Commenda temporalis non est Beneficium. 24. Bene verò perpetua. 25. & seq. Preceptorum Ordinum Militarium sunt Beneficia. 27. Non item Hospitalia. 28. & seq. Nec pensiones. 30. Nisi perpetua sint, & autoritate Episcopali constituta.

§. I.

De Nomine Beneficii.

Beneficium, à beneficiendo derivatum, primævam nomenclaturam trahit à militia profana: qui enim apud Veteres aliquid in bello præclare gesserat, in præmium virtutis

tis bellicæ nasccebatur possessiones & prædia; quæ prædia beneficia, & eorum possessores beneficiarii seu beneficiarii nuncupari solebant, velut advertit Eruditissimus Interpres Emmanuel Gonzalez in comment. ad cap. ut nullus 1. de Præbend. & dignit. n. 10. Et patet ex libris Feudorum, in quibus Feuda, quæ sæpissimè militibus in stipendium conferebantur, communiter beneficia vocantur. Videantur tit. 20. & plurimi seqq. Feud. 1. tit. 23. Feud. 2. Quem morem imitati SS. Pontifices, possessiones & prædia, sacris militibus seu Clericis in remunerationem operis & operæ spiritualis assignata, Beneficia dixerunt. Gonzalez d. n. 10.

3 Vocatur Beneficium sæpissimè Præbenda per tit. de Præbend. X. & in VI. cap. penult. de V. S. Cujus ratio est: quia, dum Beneficia Clericis præbent suam alimoniam, non incongruè Beneficia cum Præbendis identificantur, nomenclaturâ rursus à militibus desumptâ: cum illud, quod militibus Veteres pro diariis & annonis constituebant, præbendæ nomen obtinuerit. Gonzalez d. l. num. 11.

7 Beneficium desiniri potest, quòd sit Jus perpetuum percipiendi redditus Ecclesiasticos ratione servitii spiritualis, autoritate Ecclesiastica pro persona Ecclesiastica constitutum. Hæc definitio ex pluribus, quas congestit P. Petrus de Murga in cit. tract. de Benef. d. quæst. 1. num. 1. frequentius à DD. assumitur.

8 Dixi Jus perpetuum percipiendi redditus Ecclesiasticos. Quæ verba referri possunt vel ad ipsum Beneficium, ut perpetuitatem ex se habere, ac uni vel alteri semper & certò conferri debeat; vel referri possunt ad Beneficiatum, ut ille Jus perpetuum consequatur, nec, si nolit, à Beneficio possit absque gravi causâ amoveri, posteaquàm legitime fuit institutus. Perpetuitas primi generis facit equidem Beneficium in latiore sensu; strictè tamen loquendò, non est verum Beneficium, quòd perpetuitate secundi generis caret. Sic enim supponitur in cap. Sanctorum 2. Dist. 70. cap. Episcopus 4. de Præbend. cap. de rectoribus 3. cap. ex parte 5. de Clerico agrar. vel debilitat. Rota Rom. in rec. p. 2. dec. 25. num. 6.

10 Et ratio est: tum quia Beneficiarius cum sua Ecclesia suo modò contrahit matrimonium spirituale: tum quia, cum Beneficia ex num. 2. & 3. sint instituta pro Clericorum alimonia, debent Clerici habere Jus, ea, quæ sunt alimonie perpetuæ necessaria, exigendi: secus namque non raro contingeret, ut, si liberè possent amoveri, & jure sustentationis privati, cum ingenti dedecore status Ecclesiastici stipem querere cogerentur. Hieronymus Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. Gloss. 5. in pr. num. 11. Murga cit. l. num. 9. Leuren. in Foro Benef. p. 1. P. SCHMIEER JURISPR. CAN. CIV. TOM. II.

Ponitur etiam quandoque pro Beneficio Canonica. Sed, inspectò Jure, plurimum differt Beneficium & Canonica. Nam Canonica nominis tantum includit Jus habendi sedem in choro & vocem in Capitulo, absque redditibus vel præbenda per textus in cap. cum M. 9. de Constitutione. cap. in nostrâ 32. de Rescriptis. cap. ult. §. in illis de Consecr. præbend. in 6. Gonzalez d. l. num. 12. Petrus de Murga in tractat. de Benef. quæst. 1. num. 6. König ad tit. de Præbend. p. 1. n. 2.

Potest Beneficium accipi vel objectivè vel formaliter. Objectivè acceptum denotat portionem, redditus, & proventus, Clericis pro ministerio spirituali deputatos cap. dilectus 19. & 27. de Præbend. Formaliter acceptum significat ipsum Jus percipiendi hujusmodi redditus. Et licet hæc posterior acceptio videatur Beneficii tractationem ad partem tertiam; in qua de Juribus Ecclesiasticis redibit sermo, rejicere: nihilominus, quia Beneficia communiter ad Res Clericorum spirituales referuntur, hæc ipsam tractationem in præsentem non sine ratione suscipimus.

§. II.

De Definitione Beneficii.

sect. 1. q. 4. num. 2. Wiestner ad tit. de Præbend. num. 7. Dissentit Franciscus à Mostazo de Casibus p. lib. 3. cap. 1. n. 14.

Si quæras: sine hoc jus reale, vel personale?

Resp. esse reale, quatenus non immediate persona sed res ipsa, puta fundus & prædium Ecclesiæ, Beneficiario est subordinata seu devincta ad fructus seu redditus exinde capiendos arg. cap. nulli 3. XII. q. 2. Nec tamen Jus illud est species domini: utpote quòd penes Ecclesiam esse, constat ex cap. ult. de Pecul. Cleric. & amplius constat ex decendis in cap. seq. sed est Jus usufructui simile, tribuens facultatem, omnem utilitatem ex re Ecclesiæ percipiendi per cit. cap. nulli 3.

Nec dicas cum Lotterio de Re Benefic. lib. 1. l. 3. q. 3. num. 11. & seq. minus aptè Beneficium cum usufructuario conferri: cum ipsum fundum Ecclesiasticum, veluti suum, more tamen boni patrisfamilias curare, & administrare possit, faciendò etiam ex terra prædiali vineatoriam d. cap. ult. de Pecul. Cleric. Enim verò licet amplius quid habeat Beneficiarius, quàm usufructuarius: quia tamen ipsius Jus præcipuè consistit in percipiendis fructibus ex bonis Ecclesiæ, nec aliter fundum immutare potest, quàm in ordine ad majorem utilitatem, ex fructibus capiendam: idem jus merito usufructui simile pronuntiat.

Dixi II. ratione servitii spiritualis. Debet namque is, qui gaudere vult Beneficio, præstare servitium: cum ex regula cap. ult. de Rescriptis. in 6. Beneficium detur propter officium. Nec qualecunque servitium, sed spirituale debet præstare d. cap. ult. & cap. dilecto 25.

Ho 25. de Præbend. ut Beneficium Ecclesiasticum à temporali distingatur. Uti verò Beneficium est multiplex, & multifaria habet ministeria: sic etiam, qui Beneficium accipit, non ad idem semper, sed diversum sæpe ministerium obligatur. Murga cit. l. n. 5.

Dixi III. auctoritate Ecclesiastica constitutum. Adeoque Beneficium omne requirit auctoritatem Ecclesiasticam, licentiam nempe & approbationem Summi Pontificis vel Episcopi, tum in prima sui constitutione, tum in secuta postmodum acquisitione cap. ex frequentibus 3.

§. III.

Nonnullæ quæstiones de Beneficiis proponuntur.

19 Naturâ Beneficii, mox descripti, probè consideratâ, sequentes quæstiones, de Beneficiis aliâs moveri solite, facili operâ resolvuntur. Itaque

20 Queritur I. si sine Capellania, quæ continet onus, annuatim vel hebdomadatim certas legendi Missas, Beneficium?

Resp. Capellaniam, auctoritate Ecclesiastica in titulum perpetuum erectam, esse verum Beneficium; Capellaniam verò, vel privatâ solùm auctoritate, vel sine perpetuitate cum potestate removendi Capellanum fundatam, verum & propriè dictum Beneficium non esse. Sequitur responso ex dictis num. 9. & num. 17. Hieronym. Gonzalez d. l. à num. 20. Barbosa F. E. U. lib. 3. cap. 5. num. 15. Pignatell. tom. 3. consil. 7. num. 15. contra Leuren. d. l. cap. 3. q. 86. n. 1.

21 Queritur II. an præstimonium, per quod significatur certa portio, ex bonis Ecclesiarum in subsidium Clericorum pauperum aut studentium detracta, sit Beneficium?

Resp. videndum esse, num præstimonium obsequium quoddam spirituale, puta obligationem, recitandi Officium B. V. aut alias preces dicendi, habeat annexum; nec ne. Si hoc; Beneficium nullatenùs appellari potest propter num. 15.

Si illud; refert uterius, an præstimonium ad tempus duntaxat, an in perpetuum concedatur. Si ad tempus, quale plerumque est, quod Clericis studentibus conceditur; est quidem Beneficium, ubi Episcopi ratihabito accedit, sed minus proprium: si in perpetuum; est Beneficium strictè sumptum per textum in cap. ult. in pr. de Concess. Præbend. in 6. ubi collationes & concessiones super præstimonis, Ecclesiis Parochialibus, & aliis quibuscumque Beneficiis Ecclesiasticis vacaturis irritantur. Accedit Trid. sess. 14. de ref. cap. 9. & sess. 23. de ref. cap. 18. Barbosa d. lib. 3. cap. 8. n. 5. Gonzalez ad reg. 8. Cancellar. d. Gloss. f. 5. §. 2. à n. 10. Lotter de Re Benef. lib. 1. q. 35. num. 1. 7. & 8. P. König ad d. t. de Præbend. num. 27. P. Wiestner ibid. num. 13. & seq.

23 Queritur III. an Commenda, quâ Ecclesia aut Beneficium Ecclesiasticum alicui pro custodia, cura, & administratione committitur, sit Beneficium?

de Institution. cap. auctoritate A. de Privileg. in 6. cap. Benef. 1. de R. F. eod. in 6. Rota Rom. in rec. p. 2. dec. 161. n. 3. Lotter de Re benef. lib. 1. quæst. 5. n. 5. & seq. Leuren. cit. cap. 1. q. 10.

Dixi IV. pro persona Ecclesiastica. Laici fi quidem tum aliorum jurium spiritualium, tum præcipuè juris Beneficialis incapaces existunt cap. cum adeo 17. de Rescript. cap. in Ecclesia 2. de Instit. Hieronym. Gonzalez d. l. n. 9. maxime si conjugati sint, dum status conjugalis cum Beneficiali planè est incompatibilis ex parte 1. cap. 3. à n. 52.

§. III.

Resp. cum distinctione inter Commendam temporalem & perpetuam. Commenda temporalis, quâ Ecclesia vel Beneficium ob mortem vel absentiam Rectoris ordinarij alterius directioni committitur, sicuti de Jure Decretalium res erat admodum frequens juxta cap. nemo 15. de Elect. in 6. Beneficium hanc appellatur. Commenda perpetua, quâ Ecclesia alicujus curæ cum jure percipiendi redditus, exercendi jurisdictionem, & alia Beneficii jura, administrandi bona &c. in perpetuum committitur, veluti contingit in Gallia & Polonia, verum Beneficium est, si modò Rector ille Commendatarius Ordine Clericali fuerit insignitus. Barbosa d. l. cap. 9. n. 18. & seq. Gonzalez cit. Gloss. f. §. 8. à num. 4. Fagnanus in cap. cum ad nostram de Elect. num. 3. Pignatell. d. tom. 3. consil. 7. n. 16. Murga de Benef. d. quæst. 1. num. 21. & seq. König cit. l. num. 26.

24 Queritur IV. an Præceptorij seu Commendæ, quas habent Equites Ordinum Militarium, S. Joannis Hierosolymitani & S. Mariæ Teutonicorum, sint Beneficia?

Resp. affirmative. Ratio est: quia tales Commendæ sunt ex sua natura perpetuæ, ac memoratis Equitibus plerumque ad vitam conceduntur, non ratione ministerij temporalis, sed servitij spiritualis, videlicet militiæ, quam pro Religionis Orthodoxæ constanti defensione contra infensos Christiani nominis hostes præstentur. Et licet à Superioribus horum Ordinum ejusmodi Commendæ possint Equitibus absolute auferri: id tamen non officit Commendis, quò minus ex natura sua sint perpetuæ: nam auferibilitas tantum provenit ex voto obedientiæ, quod, instar aliorum Religiosorum, præmorati Equites emittunt. Sperell fori Eccles. decis. 2. num. 37. Lotter de Re benef. lib. 1. quæst. 33. n. 5. & seq. Wiestner cit. l. n. 18. & plures ab eo citati.

25 Queritur V. an Hospitalia sint Beneficia?

Resp. Hospitalia plerumque non esse Beneficia per textum in Clem. per literas 2. de Præb. quòd eorum cura plerumque laicis committitur Clem. quia contingit 2. §. ut autem de Relig. Doms. sique salarium annuum non propter

pter servitium spirituale, sed obsequium temporale, & juxta Trident. Concil. sess. 25. de Ref. cap. 8. in fin. solum ad triennium constituitur. Gonzalez d. l. Gloss. f. §. 4. à n. 7. Pignatelli d. l. n. 17. Murga d. l. n. 25. & 27. Wiestner cit. l. n. 15.

28 Queritur VI. an pensio, seu jus exigendi certam portionem ex alieno Beneficio, sit Beneficium?

Resp. cum cit. Gonzalez Gloss. f. §. 5. n. 2. & seq. P. König cit. tit. n. 28. negativè. Textus rotundus in cap. quomodo de Præbend. in

6. ubi pensio contradistinguitur Beneficio. Ratio est: quia pensio nec est perpetua ex sua natura; nec datur tanquam Beneficium, sed Beneficio tanquam onus imponitur. Si tamen auctoritate Ecclesiastica cum obligatione servitij spiritualis constituitur, potest ad Beneficia improprie talia reduci arg. cap. auctoritatem 31. de Rescript. ubi Fagnanus n. 13. Et si erigatur, ac conferatur in titulum perpetuum, ad Beneficia propria referri potest arg. cap. conquirentes 6. de Cleric. non resident. Reiffersuel ad cit. de Præb. n. 90.

SECTIO II.

De Beneficiorum Varietate.

SUMMARIUM.

31. & seq. Dividitur primò Beneficium in Sæculare & Regulare. 33. Quidam Parochiam vocant Beneficium Sæculare ex natura. 34. & seq. Opinio contraria refertur, & probatur. 39. & seq. Respondetur ad fundamenta a prioris. 43. & seq. Nostra sententia declaratur. 45. In dubio presumpcio capitur ex qualitate Ecclesie. 46. & seq. Est etiam status ultimus attendendus. 50. Secus si confectus de natura Beneficii ex fundatione. 53. & seq. Voluntaria presentatio persona Sæcularis non immutat statum. 56. & seq. Prescriptio quadragenaria habet locum in Beneficio Regulari & Sæculari. 59. & seq. Adstruuntur secunda divisio Beneficii in simplex & qualificatum. 62. In dubio fit presumpcio pro simplici. 63. Sicut etiam in locutione generali intelligitur simplex. 64. Quale non est Canon-

icus Cathedralis. 65. Adstruuntur tertia divisio Beneficii in manuale & titulare. 66. Sæcularia Beneficia presumuntur titularia. 67. Regularia vero manualia. 68. & seq. Exvincantur quidam scripti. 71. & seq. Adstruuntur quarta divisio Beneficii in collatum, electivum & mixtum. 76. & seq. Ostenditur quid in dubio presumendum. 78. & seq. Adstruuntur quinta divisio Beneficii in compatibiles & incompatibiles. 80. & seq. Beneficii incompatibiles varietas. 83. & seq. Non licet habere Beneficia incompatibilia. 86. Dissensio requiritur causam. 87. & seq. Inducitur, quædam Episcopum dispensat. 89. & seq. Adstruuntur sexta divisio Beneficii in separatum & mixtum. 91. & seq. Majori multiplicatas & diversitas.

§. I.

De Beneficiis Sæcularibus & Regularibus.

31 Beneficium est multiplex, & dividitur I. in Sæculare, & Regulare. Sæculare est, quod Clericis Sæcularibus ex sua natura vel primævâ fundacione conferri debet, qualia sunt Canonici Cathedrales & Collegiales, ac pleraque beneficia simplicia. Regulare est, quod Clericis Regularibus ex sua natura vel primævâ fundacione est conferendum, ejusmodi sunt Abbatiæ, Præposituræ, & Superioratus Regulares. Textus plures, de hac divisione agentes, agglomerat Murga cit. tract. de Benef. q. 2. art. 1. à n. 1. Unde profluit assertum vulgare: Beneficia Regularia Regularibus, & Sæcularia Sæcularibus esse conferenda per cap. cum ad nostram 37. cap. officii 38. de Elect. Trident. Concil. sess. 10. de Reformat. cap. 14. & sess. 25. de Regul. cap. 21. Ubi

Bulla quadam Pauli IV. quæ incipit: Postquam Divina Bonitas &c. IV. ex Decreto quodam Gregorii XIII. Negative concludant, Abbas in cit. cap. quod de El timorem n. 7. & seq. communem opinionem allegans, Tamburini de Jure Abb. tom. 3. diff. 9. q. 8. n. 5. Lotter de Re Benef. lib. 1. q. 34. n. 60. & seq. Murga de Benef. d. q. 2. n. 4. Engel de Privileg. Monach. privileg. 4. f. König ad cit. tit. de Præb. num. 17. argumentis planè solidis instructi. Inprimis enim indubitatum, & ad veriorum quoque confessione certum est, ex natura rei, nec jure antiquiori per cap. doctos 21. & seq. cap. in Parochia 31. cap. cum pro 24. XVI. q. 1. Regulares extitisse habiles ad Beneficia curata Lotter d. lib. 1. q. 33. n. 81. Fagnanus in cap. cum causa de Elect. n. 15. & 16. idque dicitur de El timorem 5. ibi: per antiquos Canones etiam Monachi possunt ad Ecclesiarum parochialium regimen in Presbyteros ordinari, ex quo debent predicatibus officium, quod privilegium est, exercere. Farentur etiam PP. Concilii Lateranensis in cap. Monachi 2. eod. tit. de Statu Monach. ubi Monachi jubentur non singuli, sed cum sociis Ecclesis Parochialibus proponi. Cum ergo nullibi pos-

fit evidenter ostendi, antiquos Canones & textus ab ullo Concilio vel Summo Pontifice fuisse correctos, prout statim postea videbimus: non apparet, quod titulo Regulares à 36 Beneficiis curatis arceantur. Deinde in Concil. Trident. sess. 11. de Reformat. cap. 11. novissimè decretum est, translatum ab uno Ordine ad alium, etiamsi Canonicorum Regularium fuerit, ad Beneficia Secularia, etiam N.B. curati omnino incapaces existere: adeoque supponitur manifestè, Regulares, in suo Ordine permanentes, Sæcularium Beneficiorum, etiam 37 curatorum, capaces esse. Adhæc Regulares citra dispensationem promovèri possunt non solum ad Episcopatus, sed etiam ad quaslibet Prælatras Sæculares cap. quorundam 24. §. circa religiosos V. ad Prælatos cap. nullus 28. §. ad dignitatem de Elect. in 6. Clem. cum rationi 1. ab. veluti probatum erat in Lib. I. de Mod. acquir. Prælat. cap. 2. à n. 165. Quid igitur impedit, quod citra dispensationem ad cætera 38 Beneficia curata nequeant assumi? Denique si consuetudo sit optima Juris dubii & controversi magistra; quid ulterius de Regularium capacitate disputatur, quando Beneficium curatis in omnibus ferè Provinciis Germaniæ præficiuntur?

39 Ad motiva contraria Resp. I. cap. quod DEI timorem ex n. 35. aperte suffragari sententiæ negativæ; nec in eo corrigi jus antiquum, sed declarari solummodò constitutionem Concilii Generalis in cit. cap. Monachi 2. de Statu Monachor. circa Monachos, ne singuli per villas & oppida per quasunque Parochiales Ecclesias ponantur, promulgatum, quoad Canonicos Regulares earundem remissam censeri, ut focium Ordinis secum in Parochiis habere teneantur, si commode fieri poterit.

Resp. II. cap. in Ecclesiis de Capell. Monachor. Varias explicationes habere, ut videre est apud Abbatem ibid. n. 5. & Fagnanum n. 10. quibus ibidem prohibetur, ne in Ecclesiis, ubi Monachi habitant, populum per Monachum regatur, si Monasterium in illa Ecclesia non habeat jus Parochiale, sed jus Patronatus duntaxat: quæ de causa ibidem simul disponitur, ut Capellanus, qui populum regat, ab Episcopo per consilium Monachorum instituat; hæcque explicationem cum Innocentio ad d. cap. per Ecclesias probat eundem Emmanuel Gonzalez n. 4. Lotter de Benef. d. l. n. 82. & segg. Rota Rom. in rec. p. 1. de quibus supra dicitur 204. n. ult. Secunda, quam recipit Fagnanus d. l. n. 11. & minus solida, atque ab Abbate rejecta est, quod si Ecclesia Parochialis & Monasterialis sit una, convenientius videatur, populum per Clericos Sæculares quam Regulares dirigere, si differant inter ejusdem Monasterii Religiosos inveniantur; secus si Ecclesia Parochialis sit distincta à Monasteriali. Quæcunque verò sumatur explicatio, nunquam inferri potest, Regulares ad Beneficia curata inhabiles esse.

Resp. III. Bullam Pauli IV. per quam Religiosi ad Beneficia curata sine dispensatione

Pontificia pronuntiantur inhabiles, per aliam Pii IV. quæ incipit: Sedis Apostolica salernis &c. revocatum, & ad terminos Juris Communis reductam esse, cum Sanchez testatur Tamburinum, de Jure Abb. d. tom. 3. disp. 9. q. 8. n. 1.

Resp. IV. Decretum Congregationis in primis tantum loqui de Canonicis Regularibus: deinde nunquam promulgatum, ac contrariò usu ac rebus judicatis per Rotam abrogatum esse, ut idem Tamburin. num. 12. testatum facit; cui præcessit Hieronymus Gonzalez ad Reg. 8. Cancellar. Gloss. 7. n. 49. & seg. & præsertim sub n. 55. h. ceterum, ubi in secunda impressione retractat opinionem, in prima impressione doctam.

Hæc posterior & negativa sententia in proposito questionis statu nunquam non probabilior est visa, eamque quoad Parochias, in Monasteriis constitutas, aut Monasteriis plenè reincorporatas post Concilium Tridentinum, quod in sess. 25. de Regular. cap. 11. aperte supponit, Regulares talium Beneficiorum curatores esse capaces, vix amplius in dubium vocare licet, ut innuit Fagnanus ad cap. in Ecclesiis de Capell. Monachi, in pr. not. 1. & Vincentius Petra Commentar. Apostol. tom. 2. pag. 15. sub n. 43. & seg. Ad quoad Parochias, à Monasteriis 44 prorsus separatas, idem Petra pag. 12. n. 39. & segg. & Leuren in foro Benef. p. 1. cap. 2. q. 52. & seg. scribunt, per plures Sacræ Congregatæ resolutiones, de quibus Pignatelli tom. 1. consulti. 44. n. 25. & seg. nec non recentissimam Rota decernentem in una Leodienf. Parochialis 11. Decembr. 1693. coram Pio, declaratum esse, quod Regulares quicumque sine privilegio Apostolico ejusmodi Beneficia nequeant possidere.

Dubitatur II. quid in dubio, quando neciatur, an Beneficium sit Regulare, vel Sæculare, præsumendum sit? Communis responsio est, præter alias præsumptiones, videndum esse I. an erectum sit Beneficium in Ecclesia Sæculari, vel Regulari; præsumitur enim, induere naturam & qualitatem subjecti seu loci, in quo fuit erectum aut fundatum. Engel ad tit. de Capell. Monachor. n. 1. Leuren. in foro Benef. p. 1. cap. 2. q. 45. in f. Reiffenstuel ad tit. de Præbend. n. 25. II. statum ultimum esse attendendum, adeo 46 ut Beneficium præsumatur Sæculare, quando ultima provisio facta est per Clericum Sæcularem, & econtrà, quando ultima provisio facta est per Clericum Regularem, Beneficium Regulare censetur. Eaque desinitur ex cap. cum de Beneficio 5. de Præb. in 6. Sed 47 ambigas, an textus hic ad probandum intentum rectè assumatur: quandoquidem non absolute dicit, ultimum statum esse considerandum, sed Beneficium pro Sæculari habendum, quod tamen tempore ab uno vel pluribus Sæcularibus Clericis institutum in eo Recloribus exstitit continue ac pacifice subternatum, ut præscriptio legitima sit completa, etiamsi ante vel post Religiosos præstitaverint in eodem. Textus autem, inten- 48 dum clarius demonstrantes, sunt in cap. querelam 24. de Elect. cap. cum olim 7. de Causa possess. & propriet.

propriet. cap. consulti Monibus 19. de Jure Patronat. ubi in præsentatione Clericorum ad Beneficia Vacantia attenditur status ultimus. Ratio est: quia, si ultimè vice Clericus Regularis v. g. in Beneficio sit institutus, Monasterium est in quasi-possessione præsentandi Clericum Regularem ad Beneficium; & vicissim, quando Clerico Sæculari ab Episcopo est collatum Beneficium, Episcopus est in quasi-possessione, Beneficium Clerico Sæculari conferendi. In dubio verò melior est conditio possidentis, ut habet trivialis parœmia ex cap. in pari 65. de R. l. in 6. Gonzalez Glossa 7. n. 23. Murga de Benef. d. q. 2. n. 8. Passerin. ad cit. cap. cum de Beneficio 5. de Præb. in 6. n. 39. Lotter de re 50 Benef. lib. 1. q. 34. n. 20. Si tamen de veritate Beneficii aliunde constaret, nec tempus, ad præscriptionem sufficiens, doceri posset, status ultimus neutiquam attendetur, sed præsumptio veritati cederet. Rota in rec. p. 2. dec. 377. n. 6.

Dubitatur III. an, si Prælatas à 40. annis semper ad Beneficium præsentaverit Clericos Sæculares, constet tamen ex instrumento fundationis, Monasterio competisse jus, præsentandi Clericum Regularem, Beneficium è Regulari migraverit in Sæculare? Ratio dubitandi sumitur ex cit. cap. cum de Beneficio, ubi 40. anni sufficere dicuntur, ad Beneficium efficiendum sæculare. Quæ tamen haud remorante, 52 Resp. negativè. Sic reipsà docet Lotter de Re Benef. d. lib. 1. q. 34. n. 52. & plur. segg. Ratio est: partim quia, ut docuit de privilegiis in Lib. I. tract. de Jure leg. cap. 8. n. 266. & seg. illa per non-ulum per se loquendū non amittuntur: partim quia Monasterium in casu proposito habet jus alternativum seu disjunctivum, præsentandi Clericum Regularem vel Sæcularem; ideoque etiam Clericum Sæcularem præsentandū jus suum non negligit, sed exercet arg. cap. in alternatis 33. de R. 51 Jur. in 6. partim quia, ut liquet ex d. lib. tract.

de Præscript. cap. 4. §. 3. in actibus meræ facultatis, quamdiu manent tales, non currit præscriptio, nisi præscribere volens per suam prohibitionem & alterius omissionem seu patientiam & acquiescentiam in quasi-possessione constituat. Unde, dum in cit. cap. cum de Beneficio de præscriptione 40. annorum discesserit, supponendi sunt termini habiles, ac præprimis requirenda est quasi-possessio, seu contradictio unius & alterius patientiæ, ita ut Episcopus v. g. aliquando conradixerit Monasterio, Clericum Regularem præsentare volenti, & illud acquirerit.

Dubitatur IV. utrum 40. anni, cæteris paribus, non tantum sufficiant præscriptioni, quæ ad Beneficium Sæculari sit Regulare, sed etiam quæ ex Beneficio Regulari sit Sæculare?

Gonzalez d. Glossa 7. n. 8. & alii, ab eo relati, existimant, ad præscriptionem seu conversionem Beneficii Regularis in Sæculare sufficere decennium: quia ad reducendum rem ad primævum statum sufficit decennalis præscriptio. Sed contrarium omnino dicendum puto cum Passerino cit. l. num. 10. & segg. Leurenio in foro Benef. p. 1. cap. 2. q. 38. n. 5. Ratio est: quia, si Beneficium ex Regulari per præscriptionem evadat Sæculare, præscriptio contra Monasterium tendit: ad contra Monasterium minori tempore quam quadragenariò nunquam præscribitur. Nov. 11. cap. un. Nov. 131. cap. 6. Ergo &c. Nec absolute verum est allegatum brocardicon, ad reducendum rem ad primævum statum sufficere tempus decennale: sic enim si jus decimandi v. g. ab Ecclesia Parochiali separatim, & Monasterio ex privilegio aut alio jure fuisset indultum, sufficere deberet tempus decennii: cum, ubi jus decimandi redit ad Ecclesiam Parochialem, reducatur ad statum primævum per cap. cum contingat 29. de Decim. Et tamen hoc assertum repugnat Juri Communi per cap. accedentibus 15. de Privileg.

§. II.

De Beneficio Simplici & Qualificato.

Beneficium dividitur II. in Simplex & Qualificatum. Simplex est, quod nullâ qualitate, à Jure singulariter considerabili, polleret, sicuti est capellania, præstimonium, penio &c. Qualificatum est, quod est affectum qualitate, in Jure singulariter considerabili. Tale est I. Beneficium, cui annexa est dignitas, vel præcedentia cum Jurisdictione; II. cui annexus est personatum, seu præcedentia sine Jurisdictione; III. cui annexum est officium aut administratio, de quibus in pars. I. cap. 2. num. 10. & 11. IV. cui annexa est cura animarum fori Sacramentalis. Pax Jordan. tom. 2. lib. 10. tit. 8. n. 1. Murga de Benef. d. q. 2. n. 320. König ad tit. de Præb. num. 6. Reiffenstuel ibid. num. 31. ubi bene observat, Beneficium quoque, non-curatum, sub nomine duplicis intelligi, veluti patet in Bene-

ficio, personatum aut officium annexum habente.

Circa hanc divisionem advertendum est I. 62 in dubio Beneficium præsumi simplex, non duplex. Hieronym. Gonzalez Gloss. 6. num. 91. Murga d. q. n. 324. Ratio est: quia qualitas extrinseca & adventitia, cum abesse possit, & in facto consistat, non præsumitur.

Advertendum II. nomine Beneficii, indefinitè prolata, non comprehendi Beneficium duplex, si materia sit odiosa, qualis est etiam concessio Beneficii per textum in cap. quævis 4. & in cap. cum in illis 16. de Præbend. in 6. Licet in materia favorabili veniat utrumque, König d. l. n. 7.

Advertendum III. nequidem Canonicus 64 Ecclesiarum Cathedralium in odiosa dispositione vel concessione sub Beneficio, indefini-

Vertical marginal notes in Latin script, including references to various legal texts and annotations.

ed posito, comprehendit: habent enim qualitatem preeminentem, quod unum Corpus cum Episcopo constituent, & Delega-

tionis Apostolicæ sint capaces. P. Engel ad tit. de Præbend. num. 5. P. Reiffenfuel ibidem num. 38.

§. III.

De Beneficio Manuali & Titulari.

- 65 Beneficium dividitur III. in Manuale & Titulare. Manuale est, quod revocabiliter & quasi precario conceditur. Titulare est, quod alicui in titulum & cum jure proprietatis conceditur. Posterioris generis Beneficia præsumuntur in dubio esse secularia ex n. 9. proindeque invidis, præterquam ex gravibus causis, in jure expressa, auferri non possunt.
- 67 Prioris generis Beneficia, exceptis electivis, præsumuntur esse omnia Regularia, juxta cap. cum ad Monasterium 6. de Statu Monachor. Clem. 20. de Supplenda neglig. Prælat. possuntque Religiosi, ex voto obedientie ad parendum obstrictis, pro libero Prælatorum arbitrio auferri.
- 68 Nec dicas: Beneficia Regularia sine causa valide Regularibus admitti non posse: ed quod in tit. textibus dicitur, Religiosos ad Monasterium revocari posse, cum oportuerit; hoc est, si aduentis causis necessum fuerit; prout tenent Lotter de Re Benef. lib. 1. q. 33. an. 70. afferens in n. 31. rationem: quia præpositorum sollicitudo, ratione non ventilata, neque utilis, neque laudabilis est, potiusque ad furorem pertinet, si ratione careat, ideoque eorum potestas sub ratione restringenda venit cap. illa 67.
- 69 XI. quæst. 3. Enimvero d. h. oportet non sem-

per necessitate, sed plerumque solam decetiam actionis & honestatis importat juxta Barbofam in d. d. l. i. de Insuperum. d. l. 242. num. 2. & 3. Unde Prælatos suos Religiosos à Beneficiis valide quidem avocare potest, tamen causam non habeat; licet tamen revocare nequit, si causa rationalis desit. Gonzalez Glossa f. §. 6. num. 46. W. Iestner ad tit. de Præb. num. 33.

Si putes: minus convenienter hanc divisionem à nobis adstrui: cum ex d. n. 9. ad omne Beneficium, propriè dictum, exigatur perpetuitas, cui manualitas extremè repugnat. Nam manualitas repugnat solum Beneficio, quando Beneficiatus principalis non est perpetuus: at, quando Beneficiatus principalis est perpetuus, & minus principalis seu Vicarius temporalis & manualis, manualitas habet officit. Card. de Luca de Benef. dist. 80. n. 16. Cum itaque in Beneficiis Regularibus, si electiva non sint, principalis Beneficiatus & Rector v. g. Abbas, cujus Monasterio Beneficium est incorporatum, sit perpetuus, & Religiosus Beneficio præfectus, tantum sit Beneficiatus minus principalis & vicarius: hinc manualitas & temporalitas Beneficio non obest. Revideantur dicta in n. 26.

§. IV.

De Beneficio Collativo, Electivo, & Mixto.

- 73 Beneficium dividitur IV. in Collativum, Electivum, & Mixtum. Collativum seu liberum est, quod à Prælato, vel alia persona Ecclesiastica, citra alterius nominationem vel præsentationem, liberè confertur. Electivum est, quod ad præcedentem electionem Capituli per Confirmationem Superioris obtinetur. Mixtum, seu Patronatum est, quod ad præviam nominationem & præsentationem.

Patroni, secunda institutione Canonica, acquirunt. Electiva Beneficia sunt sola Prælatum & dignitates pastorales, de quibus in Lib. I. proprio tractatu. Collativa præsumuntur in dubio Beneficia cætera; nec creduntur esse Mixta, seu Patronata, nisi juxta Patronatus authenticè doceatur juxta notabilem constitutionem in Concilio Trid. sess. 25. de Reformatione cap. 9.

§. V.

De Beneficio Compatibili & Incompatibili.

- 78 Beneficium dividitur V. in Compatibile & Incompatibile. Compatibile est, quod secum compatitur aliud Beneficium, ed quod utriusque officia ab uno præstari valeant, veluti sunt I. duæ Capellanæ, quibus est obligatio annexa, unum vel duo sacra in septimana dicendi; II. Præpositura vel Decanatus & Canonatus simplex in eadem Ecclesia.
- 79 Incompatibile est, quod nullum aliud Beneficium secum compatitur, ed quod ab uno eodemque plurium officia præstari non possint, quale respectu alterius Beneficii curati est Beneficium curatum, quod exigit personalem residentiam in loco Parochia.

Ipsa verò incompatibilitas alia dicitur prima, alia secunda generis. Incompatibilitas primæ generis est, quando unum Beneficium sic excludit alterum, ut primum ipsò jure censetur vacare, ex quo secundum, cum pacifica possessione, obtinetur; qualia sunt Beneficia qualificata & Canonatus ejusdem Ecclesie cap. de quibus 28. de Præbend. Clem. ult. eod. Extravag. excohabitis eod. cap. literas 9. de Concess. Trid. sess. 7. de Ref. cap. 4. Incompatibilitas secundæ generis est, quando unum Beneficium excludit quidem alterum, ita tamen, ut primum hoc ipsò non vacet, quod imperpetuum secundum, qualia sunt Canonatus diver-

farum

farum Ecclesiarum, aut Beneficia simplicia, continuam ac incompossibilem residentiam exigentia. Less. de f. & f. lib. 2. cap. 34. num. 140. & 144. Pirhing ad tit. de Præbend. n. 146. & 70. Zoë. ibid. n. 58. König ibid. n. 11. Piagnatell. tom. 10. consil. 156. n. 4. Et licet hic posterior Author in n. 10. item Reiffenfuel ad tit. de Præb. n. 293. ac alii putent; hodie post Concil. Trid. in d. sess. 7. cap. 4. in omnibus Beneficiis, quocumque modo incompatibilibus, per adeptionem secundi primum ipsò jure vacare: Authores tamen priores nihil per Concilium immutatum, sed d. cap. de multa innovatum, & illa Beneficia, quæ in d. cap. recensentur, id est, habentia dignitatem, aut personatum, cum vel sine cura, connexum, subintellecta fuisse. Hic tamen

- 82 Notandum I. non posse quempiam habere duo vel plura Beneficia incompatibilia absque licentia & dispensatione Summi Pontificis cap. Clericos 1. & seqq. XXI. q. 1. cap. quia in tantum 5. cap. referre 7. cap. ad hoc 13. & seqq. cap. cum jam 18. d. cap. de multa 28. de Præb. Clem. ult. eod. Extravag. excohabitis eod. cap. literas 9. de Concess. Præb. Trid. sess. 7. de Ref. cap. 4. & sess. 24. de Ref. cap. 17. Ratio est multiplex: tum quia per multitudinem Beneficiorum minuitur cultus Divinus, isque, qui duo obtinet Beneficia, nec bis Horas Canonicas recitat, nec bis Sacrum peragit: tum quia Ecclesia, cum animarum detrimentum, suis operariis destituitur: tum quia Fundatores suâ intentione frustrantur: tum quia pluribus aliis, æquè aut magis idoneis, præcluditur via ad Beneficia. Less. d. l. n. 137. Indequè in cap. consuetudinem 1. de Consuetud. in 6. consuetudo contraria, tanquam corruptela, reprobandur; & in cap. ordinarii 3. de Offic. Ord. in 6.

mandatum est, in Ordinarii locorum subditos suos, plures dignitates vel Ecclesias, quibus animarum cura immineret, obtinentes, seu personatum aut dignitatem cum alio Beneficio, cui cura similis est annexa, stricte compellant, dispensationes, auctoritate quarum hujusmodi Ecclesiarum personatus, seu dignitates Canonice senore se afferunt, intra tempus pro facti qualitate ipsorum Ordinariorum moderandum arbitrio, sub pena amissionis, exhiberi. Pasierin. ad tit. cap. n. 4. & seqq.

Notandum II. ad dispensationem Pontificiam, quoad Beneficia incompatibilia, saltem ut licita sit, requiri causam legitimam, qualis esse censetur vel tenuitas redituum unius Beneficii, vel necessitas Ecclesie, quæ Ministrorum copia destituitur, vel utilitas personæ, cum qua dispensandum, vel illius eminentis scientia, nobilitas, aut merita arg. cit. cap. de multa in fin. Trident. d. sess. 24. de ref. cap. 17. Panormit. ad d. cap. quia in tantum n. 1. & seqq. Fagnanus ib. n. 4. Less. d. l. n. 149. & 151.

Notandum III. quoad Beneficia simplicia & compatibilia posse ab Episcopo Clericis, tum curatis tum aliis, non tantum duo, sed etiam plura conferri, si pauciora congrue sustentationi non sufficiant. Lessus d. l. n. 147. P. König ad tit. de Præb. sub n. 18. Licet enim Concil. Trid. cit. cap. 17. dicat, licere aliud Beneficium simplex illi, qui ex altero Beneficio non habet congruam sustentationem, concedere, per hoc tamen noluit prohibere, quin tria vel quatuor conferatur, ed quod illud Beneficium secundum voluerit esse sufficiens: bonè argumentò, quod, si sufficiens non fuerit, tertium superaddi valeat. Conferatur idem Concil. d. sess. cap. 13. Dissentit cum aliis P. Reiffenfuel ad tit. de Præbend. num. 267.

§. VI.

De Beneficiis Unitis & separatis.

- 83 Beneficium dividitur VI. in Separatum & Unitum. Separatum est, quod per se stat, nec alteri subiectum aut connectitur. Unitum est, quod alteri subiectum aut connectitur. Et, cum ista connexio possit fieri dupliciter, primò accessorie, ut unum Beneficium sit superius, alterum inferius; secundò æquè principaliter, ut utrumque Beneficium in suo statu sub uno Parocho remaneat: idcirco etiam Beneficia unita sunt duplicis generis, accessorie, & æquè principaliter unita.

num. 12. Reverendiss. DD. Guetrather Instit. Juris Can. lib. 2. tit. 19. n. 16. Beneficia 92. verò æquè principaliter unita (qualia habentur duæ Parochie, quæ eundem habent Parochum) manent in statu & qualitatibus antiquis, nec aliquid novi nascuntur, præterquam quod uni Parocho subsint. Rota p. 10. decis. 353. n. 11. Murga d. q. 4. n. 12. Engel ad cit. tit. n. 12. König ibid. num. 13. DD. Guetrather d. n. 16.

Paret igitur ex dictis, non esse hic questio nem de unione quoad temporalia, quando decimæ aliique redditus Parochie sunt assignati Monasterio vel Collegio, juxta præsentatum Monasterio relicto: hæc enim neque suppressionem Beneficii neque subjectionem quoad unum Rectorem operatur: quandoquidem Parochus, ibidem præsentatur, curam exercet nomine proprio, ad subjectionem & rationem in spiritualibus reddendam Episcopo subiectus, sed ad reverentiam, Monasterio vel Collegio in temporalibus exhibendam, obligatus cap. sanè 6. XVI. quæst. 2. supra notat.

- 84 Differentia autem permagna est. Nam Beneficium, accessorie unitum, quoad suas qualitates censetur quasi suppressum & extinctum, ac qualitatibus illius Beneficii, cui unitur, instruitur; indèque potest ab uno utrumque Beneficium sine dispensatione haberi per textum in cap. recolentes 3. de Statu Monachor. Rota Rom. in recent. part. 11. decis. 35. num. 4. & seqq. & part. 2. decis. 710. n. 2. Lessus d. l. n. 148. Murga de Benef. q. 2. n. 31. & q. 4. n. 26. & 29. König ad tit. de Ecclesiast. Benef.

94 P. Engel ad rit. de Capell. Monach. n. 10. Sermo autem est de unione quoad temporalia & spiritualia, quae dicitur unio pleni juris, tribuitque Monasteriis vel Collegiis, si accessorie fiat, totum jus Parochiale, ita, ut Rector principalis facultur esse Praelatus, isque pro exercenda cura Vicarium deputare possit, & quandoque debeat, vel Regularem vel Sacu-

larem, temporalem aut perpetuum, pro unionis diversitate, uti jam in Lib. I. tract. de Jurisdic. cap. 6. n. 13. & 2. seqq. attigimus; potestque conferri Rota cit. p. 2. decis. 710. per tot. Murga de Benef. quest. 3. a num. 72. Engel cit. l. n. 11. & seq. & de Privileg. Monast. Privileg. 46. per tot. Clericatus de Benef. discord. 49. & 65. per tot.

SECTIO III. De Institutione necessaria.

SUMMARIA.

95. Beneficium non acquiritur sine institutione. 96. Institutio necessaria describitur. 97. Est concessio. 98. & seq. Beneficium vacantis, saltem de Jure. 100. Ad praxiam Patroni presentationem. 101. Ex quadam necessitate facta. 102. Institutio potest de Jure Episcopus. 103. Capitulum Sede vacante. 104. & seq. Vicarius generalis. 108. Jus speciale dat privilegium. 109. Praescriptio. 110. & seq. Fundatio. 112. & seq. Etiam Abbatis ad institutionem habitari possunt. 114. Clerici idonei sunt instituendi. 115. Praemisit citatione contradicitorum. 116. Et examine. 117. Indignus repellitur. 118. Ex pluribus presentatis est assumendus dignior. 119. Nisi dignus a pluri-

bus fuerit presentatus. 120. & seq. Discuritur, an aliquis seipsum presentare vel instituere possit? 126. & seq. Duas limitationes. 128. & seq. Disquiritur, an aliquis possit alium presentare simul & instituere? 130. In presentatione observandum est tempus. 131. Nec non personalis comparatio. 132. Institutus acquirat jus in re. 133. & seq. Alius non potest institui, quam presentatus. 136. & seq. Consequitur etiam possessionem. 138. & seq. Quam ante institutionem non licet apprehendere. 140. & seq. Disceptatur, an institutus possessionem auctoritate propria valeat apprehendere? 144. Attingitur institutio auctorizabilis.

§. I.

Quid sit institutio necessaria?

Antiqua parcella est: Ecclesiastica Beneficia sine canonica institutione acquiri non posse cap. beneficium 1. de R. J. in 6. Haec autem institutio, cujus diversam acceptionem & descriptionem refert Petrus de Murga de Benef. q. 3. n. 79. & seq. vel est libera, vel necessaria. De libera in sequenti, de necessaria in praesenti sect. acturus, eam describo, quod sit concessio Beneficium vacantis, ad praxiam presentationem Patroni, ex quadam necessitate facta.

97 Dixi I. concessio; qua nota repetitur allegata regula, & insinuatur, auctoritate propria nemini licere Beneficium Ecclesiasticum, qualecunque sit, occupare, ne vel ingressus vitiosus in Beneficia aperiatur; vel locus delectandus ambitioni concedatur; vel, qui non est vocatus a DEO, tanquam Aaron, ad Ecclesiastica munia admittatur contra textum Apostoli ad Hebraeos 5. & Num. 25. & cap. inscripturis 9. III. q. 1.

98 Dixi II. Beneficium vacantis. Potest Beneficium vacare tripliciter. Primò de Jure tantum, si Beneficiatus, titulo Canonico destitutus, adhuc in Beneficium detentione persistat. Secundò de facto tantum, si Beneficiatus titulo quidem Canonico munitus, è possessione tamen per vim expulsi, aut per metum

dejectus fuerit. Tertio de Jure & facto simul, si neque titulus, neque possessio suffragetur Beneficiato, sicuti contingit in casu mortis vel resignationis. Ad Beneficium, primò & tertio modo vacans, licitum est, Clericum idoneum, rite presentatum, instituere per cap. Ordinarii 3. in fin. de Offic. Ord. in 6. Ad Beneficium, secundò modo vacans, & multò magis non-vacans, nec presentare nec presentatum instituere licet per cap. Abbas 2. cum seqq. de his, qui vi meritisve causati &c. cap. nulla 2. cap. ult. de Concess. Praeb.

Dixi III. ad praxiam presentationem Patroni. Iam quomodo constat, institutionem necessariam solum in Beneficiis, jure patronatus affectis, habere locum; nec proinde Episcopo vel alteri liberè esse, quem voluerit, instituere, sed eum, qui presentatur à Patrono, instituere debere cap. decernimus 32. XVI. q. 2. cap. illud autem 8. cap. pastoralis 29. de Jure Patron.

Dixi IV. ex quadam necessitate facta. Nam ex una parte non stat in arbitrio Episcopi vel alterius, ut dictum, quem voluerit, instituere; ex altera verò parte is, qui legitime presentatus est, habet jus, institutionem exigendi, & alter, ad quem institutio spectat, necessitatem habet, eam conferendi, velut dicemus infra.

§. II.

§. II.

Quis instituere possit aut debeat?

102 I. Episcopus vel alius, habens Jurisdictionem quasi-Episcopalem cap. ex frequentibus 3. de Instit. cap. cum ex injuncto 12. in fin. de Heret. 103. II. Capitulum, Sede vacante cap. cit. 1. de Instit. in 6. Revideantur dicta in 104. I. cap. 4. num. 72. III. Vicarius, in spiritualibus Generalis per cit. cap. ex frequentibus 3. in verb. vel Officialium suorum, qui hoc de Jure possunt &c. Estque haec opinio, teste Garcia de Benef. p. 5. cap. 8. n. 86. & p. 8. cap. 4. num. 50. à Sacra Congregatione Rotaque Romana decisa. Murga de Benef. d. q. 3. num. 88.

105 Et licet contradixerint Rolandus & Rebuffus apud eundem Murgam: vel quia Vicario est interdicitur institutio libera per cap. ult. de Off. Vicarii in 6. vel quia eidem similiter est prohibita destitutio seu privatio cujuscumque Beneficii cap. licet 2. eod. in 6. Attamen utraque contradicendi ratio levis est: nam argumentum, ab institutione libera deductum ad necessariam, nullarum est virium, uti videmus in Capitulo, quod Sede vacante necessariam institutionem facere potest, liberam non potest, propterea quòd ista praesumptio et Episcopo; illa non etiam.

106 Pariter non licet à destitutione ad institutionem arguere: cum institutio pertineat ad Jurisdictionem Canonico-Civilem, quam Vicario concessimus in Lib. I. tract. 5. cap. 6. à num. 51. econtra destitutio spectat ad Jurisdictionem Canonico-Criminallem, quae ibidem in n. 56. Vicario negata fuit.

108 Ex speciali jure potest institutio Praelatis & personis aliis competere I. ex privilegio Apostolico, cujus viguere Principes Laici, ceteroquin juris instituendi (cum spirituale sit) incapaces, olim institutiones Ecclesiasticas sibi arrogaverant, sed postea illius usurpatione

vel exercitio rectè privati sunt, ut patet ex cap. nullus 11. & plurib. seqq. XVI. q. 7. II. ex praescriptione juxta textum dilucidus in cap. audiunt 15. & cap. cum olim 18. de Praeser. Relegatur in Lib. I. tr. 2. cap. 4. num. 340. Quod tamen intelligitur de Clericis, non autem de Laicis, qui, sicuti ad possessionem, sic etiam in eadem fundatam praescriptionem profus sunt inhabiles.

III. ex fundatione: quantumvis enim Concil. Trid. in sess. 14. de reformat. cap. 13. statuerit, ut in casu fundationis auctoritatis hujusmodi institutio Episcopo, & non alteri inferiori, reservetur; eaque de causa nemini, praeter Episcopum, institutionem in fundatione relevari posse, docuerint Clerici, de Benef. discord. d. 18. n. 9. Pirhing ad rit. de Instit. n. 6. Wiestner ibid. n. 9. Attamen eandem reservationem non sine ratione concedunt Pax Jordan Elucubrator. divers. lib. 1. tit. 7. n. 413. Card. de Luca in annotat. ad Concil. Trid. disc. 11. n. 27. & seqq. Murga de Benef. cit. q. 3. n. 90. Barbosa de Off. & pot. Ep. alleg. 72. n. 187. ac statutum Concilii explicant de reservatione, quae sit ignorante vel invito Episcopo.

Dubitatur verò: an Abbatissae jus instituendi ex privilegio Pontificio habere possint?

Resp. affirmativè per textum in cap. dilecta 12. de M. & O. Azor Instit. Moral. p. 2. lib. 13. cap. 10. quest. 6. Vincentius Petra Commentar. Apostol. tom. 3. pag. 346. n. 23. & seqq. Clariss. P. Schmalzgrueber ad rit. de Instit. n. 11. Ratio desumitur ex Lib. I. tr. 5. cap. 6. n. 113. & seq. quia non limitates Potestatis Pontificiae, foeminas ad Jurisdictionem Ecclesiasticam, quae directè & proximè non fundatur in potestate clavium, habiles efficere; cujusmodi Jurisdictionis actus videtur esse institutio necessaria, tituli collativa.

§. III.

Quam possint aut debeant institui?

114 Beneficiis Ecclesiasticis institui necessarii possunt & debent Clerici, à Patrono legitime presentati, si qualitatibus, à Jure, consuetudine, statuto, vel fundatione ad Beneficium requisitis, instructi reperiantur per cap. in Ecclesia 2. cap. ad decorem 5. de Instit. Trid. Concil. sess. 7. de ref. cap. 1. & sess. 24. de ref. cap. 18. Quem in finem per Edictum publicum, ad valvas Ecclesiae affigendum, praevie citantur omnes contradictores, ut, si contra presentatum Clericum oppositionem aut exceptionem habeant, eam in termino statuto proponant, arg. desumpto ex cap. ult. de Elect. in 6. ubi, quod de confirmatione electorum est sancitum, ex paritate rationis ad institutionem presentatorum extendi solet. Garcias de Benef. p. 9. cap. 4. n. 1. & seqq. P. Köning ad rit. de Institutione n. 15. P. Wiestner ibid. num. 33. Quamquam, attestante cit. König

hujus edicti usus non ubique sit in usu. Ad haec praemittitur examen, nec alicui remittitur, nisi fuerit electus aut nominatus ab Universitatibus seu Collegiis studiorum, uti sancitur in Conc. Trid. d. sess. 7. de ref. cap. 13.

Quòd si presentatus desideratis qualitatibus carere deprehendatur, is, tanquam indignus, ab instituente repellitur, illiusque loco vel alius presentatur, si Patronus sit Laicus, ac tempus, praesentationis praefixum necdum expiraverit, vel alius ad arbitrium instituentis assumitur, si Patronus sit Ecclesiasticus cap. cum autem 24. cap. pastoralis 29. de Jure Patron. Panorm. in cap. cum vos 4. de Offic. Ord. n. 1. & 5. Barb. de Off. & pot. Episc. de alleg. 72. num. 105. Plures si presententur, electio & assumptio unius ex presentatis est penes Episcopum aut instituentem Cleric. ult. de Jure Patron. qui tamen non pro suo libitu quemcumque eligere, sed

sed digniorem assumere debet cap. quoniam 3. 119 d. tit. Trid. d. l. 24. de ref. cap. 18. Et si alius, cum dignior presentatur à paucioribus, dignus autem à pluribus, dignum præ digniori, tanquam jure potiori munitum, instituire tenetur. P. König ad tit. de Insti. n. 11.

120 Quæres I. an Patronus, qui ipsemet est Clericus, habens aliquo jus instituendi, seipsum presentare & instituere possit? Ratio quærendi & negandi desumitur tum ex cap. ult. de Insti. ubi decernitur, neminem à seipso posse institui: cum inter dantem & accipientem debeat esse distinctio personalis; tum ex paritate, ab electione deducta: sicut enim ob notam ambitionis non admittitur electio sui ipsius, sic nec presentatio & institutio. Ratio affirmandi non solum est paritas, ex actibus jurisdictionis voluntarie petita, qui non prohibentur exerceri in persona propria; sed etiam singularis ratio, quod Patronus, cum possit extraneum presentare & instituere, debeat longè magis seipsum presentare & instituere posse: cum nemo habeat jus fortius ad Beneficium, quam ipsemet Patronus. Sed, quidquid in utramque partem disputetur, negativa unà cum ratione decidendi clarè decisa est in d. cap. ult. de Insti. & cap. per nostras 26. de Jure Patronat. ibi: cum nulus se ingerere debeat Ecclesiastica prelationis officii, nullus se potest ad personarum alicujus Ecclesie presentare, quantumcumque idoneus sit, & quibuscumque studiis & meritis adjuvetur.

121 que presentatio & institutio. Ratio affirmandi non solum est paritas, ex actibus jurisdictionis voluntarie petita, qui non prohibentur exerceri in persona propria; sed etiam singularis ratio, quod Patronus, cum possit extraneum presentare & instituere, debeat longè magis seipsum presentare & instituere posse: cum nemo habeat jus fortius ad Beneficium, quam ipsemet Patronus. Sed, quidquid in utramque partem disputetur, negativa unà cum ratione decidendi clarè decisa est in d. cap. ult. de Insti. & cap. per nostras 26. de Jure Patronat. ibi: cum nulus se ingerere debeat Ecclesiastica prelationis officii, nullus se potest ad personarum alicujus Ecclesie presentare, quantumcumque idoneus sit, & quibuscumque studiis & meritis adjuvetur.

122 Beneficium, quam ipsemet Patronus. Sed, quidquid in utramque partem disputetur, negativa unà cum ratione decidendi clarè decisa est in d. cap. ult. de Insti. & cap. per nostras 26. de Jure Patronat. ibi: cum nulus se ingerere debeat Ecclesiastica prelationis officii, nullus se potest ad personarum alicujus Ecclesie presentare, quantumcumque idoneus sit, & quibuscumque studiis & meritis adjuvetur.

123 Ad paritatem, ex actibus jurisdictionis voluntarie deductam, Resp. Gonzalez ad cap. ult. de Insti. n. 2. eam fallere in materia Beneficiali, in qua, propter ambitus & ambitionis periculum, haud expedire visum est, ut aliquis seipsum presentet, eligat, investiat, confirmet: cum etiam in materia profana visum sit inconueniens, ut aliquis fiat auctor in rem propriam l. quamquam 1. in princ. ff. de Aucto. rei.

124 Tit. Potest quoque aliter responderi, ac dici, presentationem & investituram in Beneficiis, cum requiratur prævia causa cognitionem, pertinere ad actus jurisdictionis voluntarie qualificata, in quibus distinctio moralis & physica personarum requiritur, non fecus, atque in actibus jurisdictionis contentiose, per conclusa in tit. de Jurisdic. cap. 8. n. 27. & seq.

125 Ad rationem singularem Resp. suspensionem ambitus & ambitionis neutiquam subesse, quando Patronus extraneum presentat & investit; quemadmodum subest, dum seipsum

presentat, aut investit. Accedit, quòd nemo debeat sibi ipsi honorem sumere vel arrogare jus ad Beneficia ex n. 97.

Planè quòd Patronus jus presentandi à se abdicare, & instituentem rogare possit, ut ipsi præ cæteris Beneficium conferat, nullam videt implicantiam Gonzalez ad cit. cap. per nostras n. 2. Et quòd, si plures sint Patroni, unus ex illis presentari, ac presentatus sibi consensu majora vota possit efficere, tantò minus est dubitandum, quantò verius est, id in electione permissum esse cap. cum in Jure 33. de Elect. Conferantur Panormitan. ad cit. cap. ult. de Insti. n. 4. & seq. Reverendiss. D. Martinus Resch in disp. de Jure Patronat. cap. 4. n. 8.

Quæres II. an saltem Patronus alium presentare simul & instituere possit?

Resp. quòd possit, si ex eodem titulo jus presentandi & instituendi habeat. Ratio est: quia tunc in effectu non tam videtur esse institutio necessaria, quam libera: ut pote cum citra necessitatem, ex merito influentis beneplacito, Beneficium alteri conferatur. Sicut autem ex diverso titulo jus presentandi, & instituendi competat, aut presentationem & institutionem diversis actibus peragendam; aut alterutram per procuratorem esse faciendam, arg. cap. ad collatione 11. de Appellat. in 6. docent Leuren. in foro Benef. p. 2. quæst. 184. Westner ad tit. de Insti. n. 26. & seq. Schmalzgrueber ib. n. 30. & seq.

Dixi superius in num. 114. Clericos, legitime presentatos, institui debere. Ut autem presentatio sit legitima, oportet præprimis observare legitimum tempus, quod, si Patronus seu presentans sit Ecclesiasticus, est semestris; si Patronus seu presentans sit Laicus, est quadrimestre cap. quoniam 3. cap. cum te 22. cap. cum propter 27. de Jure Patronat. cap. un. §. verum eod. in 6. D. Martinus Resch de Jure Patron. cap. 2. §. 1. per tot. Deinde opus est, non quidem ut Patronus ipsemet instituentem personaliter accedat (potest enim is suam presentationem literis consignare, aut procuratorem deputare per cap. ea noscitur 6. de his, quæ sunt à Pralat. sine conf. cap. Clem. un. §. presentans de Excess. Pralat. Panormitan. ibid. n. 3.) sed ut presentatus se personaliter sistat arg. cap. cum & plantare 3. §. in Ecclesiis de Privileg. §. l. consentaneus 8. Cod. Quomodo & quando Judex: nam absentem, cujus indoles, mores, qualitates &c. antea perspectæ non sunt, instituere, res magni periculi & mali exempli est. Resch d. l. cap. 4. n. 11.

§. IV.

Qualem effectum operetur Institutio?

132 Institutio ex parte instituti operatur titulum, quasi-proprietatem, & jus in re, qui antecedenter per presentationem solummodò jus ad rem consecutus erat arg. cap. si tibi 17. cap. licet 28. de Præbend. in 6.

133 Ex parte instituentis operatur I. quòd ei imponat necessitatem, presentatum, si, præmil-

ipso jure nullam & irritam esse cap. dicentibus 134 32. §. quod si preterit XLq. 7. Et si non minus probabilis sit opinio, institutionem quidem validam, sed tamen ad instantiam Patroni, cujus favorem irritatio respicit, irritandam esse d. cap. illud §. in fine ibi: secundum rigorem.

135 Juris est institutio irritanda. Instantiam habemus in electione, quæ, si uno vel alterò non vocato, peragatur, valida esse, sed tamen ad illius petitionem rescinditur per cap. quod siue 28. de Elect. D. Resch d. l. cap. 1. §. 1. n. 5.

136 Operatur II. in eodem instituyente (si Episcopus aut Archidiaconus sit, aut jus installandi aliunde habeat) necessitatem, ut presentatum post collationem tituli instituat corporaliter, inflat, investiat, seu in possessionem fidei professionem emittunt juramentum fidelitatis. Ordinario presentat, ac in domum Parochiale introducuntur; in locis & provinciis aliis investituræ locò claves, libri, aliaque insignia Beneficialia traduntur. Zoëli ad tit. de Insti. n. 4. Engel ibid. n. 5. & 6. Reiffenstuel n. 50.

138 Quòd si presentatus ante institutionem Beneficium possessionem apprehenderit, permulti docent, eum non tantum jus in re unà cum possessione non acquirere, sed etiam jus ad rem, presentationem quæsitum, perdere, arg. cap. avortus 5. de Elect. in 6. ubi electus, ante confirmationem administrationi se ingersens, jure, per electionem quæsitò, ipsò factò pri-

vatus declaratur. Sed quia memorata, 139 constitutio est pænalis, atque ad castigandam præsumptionem & ambitionem condita, non tam eadem ad presentatum extendere, ob notissimam regulam, quæ constitutiones odiosas mandat restringi. König ad d. tit. de Insti. n. 18.

Num verò presentatus, post institutionem, 140 tituli collativam, autoritate propria possessionem apprehendere valeat? Non est extra dubium, quandoquidem & electus, post confirmationem, à Superiore impetitam, possessionem Prælatæ autoritate propria valeat apprehendere ex dictis in Lib. I. tract. 3. cap. 1. n. 526. Et tamen in cap. ad hoc 7. de 141 Offic. Archi. Diac. supponitur, esse necessariam installationem seu missionem in possessionem bonorum, dum ibidem hoc munus assignatur Archi-Diacono. Pro concordia tamen 142 utriusque sententiæ responderi potest, quòd autoritate propria non licet possessionem capere, si vel institutio sit peracta sine signo vel symbolo, investituram denotante, prout voluerunt Covarruv. Var. Resolut. lib. 3. cap. 16. n. 7. Leuren. in foro Benef. q. 9. n. 1. Westner ad tit. de Insti. n. 39. Schmalzgrueber ib. n. 63. vel si adhuc alius in possessione de facto 143 existat, quem privatà vi deicere vel expellere concessum non est juxta textum in cap. licet 28. de Præbend. in 6.

Operatur III. institutio in eodem instituyente (si is Ordinarius, & Beneficium curatum fuerit) necessitatem, instituto Jurisdictionem fori interni, securam animarum (quæ vocatur institutio autorizabilis) conferendi per cap. cum satis 4. de Offic. Archi. Diac.

SECTIO IV. De Collatione Beneficii.

SUMMARIÆ.

145 Describitur Collatio. 146. Est libera concessio. 147. & seq. Beneficii Vacantis. 149. & seq. Notatur praxis contraria. 152. Non præsupponit aliquam presentationem. 153. & seq. Requirit personam habilem. 155. & seq. Facienda est in tempore. 157. In Beneficiis Parochialibus locus est concursus. 158. Quædam tamen excepta sunt. 159. Beneficia conferi S. Pontifici. 160. Illius Legati à latere. 161. Quorum potestas hodie restricta. 162. Conferunt etiam Episcopi. 163. Vel alii ex privilegio. 164. & seq. Discutitur: quoniam Canonici Cathedralis possit conferre? 169. Collatio fieri debet absque diminutione Beneficii.

170. Agitur de dimembratione. 171. De pensione. 172. & seq. Ad hanc necessaria est justa causa. 174. Persona Clericalis. 175. Determinatio certa quantitatis. 176. Consensus Beneficiarii. 177. Moderata summa. 178. Denominatio persona. 179. & seq. Constitutio illius ad tempus. 181. & seq. Absentia patris. 183. & seq. Agitur de oneris impositione reali, & ostenditur illius prohibitio. 188. Agitur de onere personalis. 189. Indicatur effectus Collationis. 190. & seq. Explicatur cap. 17. de Præbend. in 6. 195. Beneficium acceptatum irritum jns in re. 196. Et facultatem petendi immisionem in possessionem.

§. I.

Quis sit Collatio?

147 Institutioem necessariam, quæ ad præcedentem Clerici presentationem, à Patrono factam, peragitur, excipit Institutio libera, quæ aliò magis que usitatò nomine dicitur Collatio, & describitur, quòd sit libera concessio Beneficii vacantis, citra presentationem vel no-

minationem alterius, personæ habili legitime facta.

Dixi I. libera concessio. Tamen enim omnia Beneficia ex quadam necessitate conferantur, quatenus ultra tempus, à Jure determinatum, non licet collationem differre, minus

nus Beneficium in usus proprios reservare: nonnulla tamen ea libertate conceduntur, ut in arbitrio sit concedentis, unam ex personis idoneis, quam maluerit, assumere. Eoque ex capite collatio frequenter in Jure donatio vocatur cap. quia diversitatem §. de Concess. prob. cap. consultationibus 4. de Donat.

147 Dixi II. Beneficium vacantis. Nam Beneficium non vacans juxta explicationem in n. 146 & seq. non tantum non conferri, sed neque promitti potest, siue determinatum sit, siue indeterminatum cap. qui in vivorum 1. cap. nulla 2. cap. ult. de Concess. prob. cap. delectanda 2. & seq. ed. in 6. gratiaque, quas expectativas vocant, seu signatur gratia a Trid. Concil. sess. 24. de Ref.

148 cap. 19. penitus sunt abolitae. Ratio hujus prohibitionis est votum captandae mortis, quod facile locum invenit, ubi Beneficium Clerici viventis promittitur: qua de causa etiam pacta circa hereditates viventium in Jure Civili in l. patium 15. & l. ut. Cod. de Pact. sunt abrogata.

149 Cum verò non rarum sed commune sit hodie, ut Beneficia, necum vacantia, non solum promittantur, sed etiam signatur seu scriptura desuper conficiantur, ac in pluribus Ecclesiis Cathedralibus Canonici supernumerarii, cum jure in praebenda proximè vacatura succedendi, admittantur: anxie laborant DDres, quomodo hanc praxin colorare valeant.

Aliqui respondent, Jus Commune in hoc puncto vel nunquam in usum deductum, vel usa contrariò mutatum fuisse, Wagnereck ad cit. cap. nulla 2. §. ne verò. Zoëli ad cit. tit. de Concess. praebend. num. 9. Barbosa ad cit. cap. 19. Trident.

151 n. 3. Alii respondent, Jure Communi solum vetari promissionem Beneficii non-vacantis cum jure & obligatione, illud conferendi; non verò promissionem cum nuda spe, eaque fallibili: eò quòd promittens, datà vacaturà, non teneatur stare promissis, sed alteri, si voluerit, Beneficium conferre possit. Wagnereck d. l. P. König ad eund. tit. n. 15. P. Wiestner ibid. n. 23.

§. II.

Ad quos spectet Collatio Beneficiorum?

159 Collatio Beneficiorum spectat comprimis ad S. Pontificem: hic enim, sicut ab initio nascentis & adolescentis Ecclesiae, antiquam Beneficia & Beneficiati in tantum numerum excreverint, solus conferre Beneficia consuevit: sic etiam, postquam jus conferendi communicavit aliis, nihilo minus plura Beneficia suae Collationi reservavit, veluti monstrabimus in seq. seq. Quin & absolutum jus circa Beneficia in casibus urgentis necessitatis vel utilitatis disponendi nec abdicavit, nec abdicare potuit per cap. licet 2. de Praeb. in 6. Clem. si duobus 1. Ut lite pend.

160 Adhaec Beneficia pleraque in provincia suae legationis vacantia, conferunt Legati Sedis Apostolicae, quos à latere vocamus cap. dilectus

Dixi III. circa presentationem vel nominationem alterius. Per quas particulas distinguitur Collatio ab Institutione: quae praerogitur nominationem vel presentationem ex num. 145. 100.

Dixi IV. persona habili. Perquam intelligitur persona Ecclesiastica, illis praerogativis & dotibus, quas exigit Beneficium, conspicienda cap. grave nimis 29. de Praebend. Et, si plures personae idoneae concurrant, dignior ex illis assumenda, saltem si Beneficium sit curatum. Trid. sess. 24. de Ref. cap. 1.

Dixi V. legitime facta. Legitime fit collatio, quando in primis observatur tempus festum, à die vacantis Beneficii, postquam innotuit Collatori, numerandum cap. nulla 2. cap. quia diversitatem §. de Concess. prob. Hoc ubi praeterlapsum, & cessante legitimo impedimento, collatio Beneficii facta non fuerit, aperitur locus supplicandae negligentiae d. cap. nulla 2. de Concess. prob. Si tamen collatio, intra sex menses praeterita, non sortita sit effectum; vel quia impedimentum occultum ex parte Beneficij fuit detectum; vel quia ante adeptam possessionem resignavit, aut decessit, probabiliter Collatori novum semeliter conceditur. arg. cap. si electi 26. de Elect. in 6.

Præterea si Beneficium sit curatum, collatio per concursum est facienda, omnèsque per edictum publicum sunt vocandi, qui spem promotionis habent; è quibus postmodum illi debent seligi, qui magis habiles & idoneos se se monstraverunt. Trid. d. sess. 24. de Refor. cap. 18.

Est tamen in Ducebus quibusdam concursus iste non receptus; nec locum obtinet in institutione necessaria in Beneficiis, jure patronatus laicali, vel mixto affectis per cit. cap. 18. §. quodsi vero &c. Fagnanus in cap. cum propter 27. de Jure Patronat. num. 20. & plurib. seqq. Nec etiam in Beneficiis curatis, quae Monasteriis vel Collegiis sunt unita: utpote cum in effectu nunquam censeantur vacare. Barbosa ad cit. cap. Trid. num. 6.

161 Dixi VI. circa presentationem vel nominationem alterius. Per quas particulas distinguitur Collatio ab Institutione: quae praerogitur nominationem vel presentationem ex num. 145. 100.

6. de Offic. Leg. cap. officii 1. cap. presenti 3. eod. in 6. cap. venerabilis 37. de Praebend. datique de Jure Communi inter talem Legatum & Ordinarios Collatores jus preventionis, ita tamen, ut, si utraque Collatio eodem tempore acciderit, Collatio Legati praeratur. cap. à Sede 31. d. 1. in 6. In Germania verò, post inita Concordata, non poterunt Legati Plura & alia Beneficia conferre, quam Summi Pontifices: utpote cum absurdum foret, Legatis ampliore potestate circa Beneficia, quam Principali ipsorum & Principi Ecclesiae Capiti, adstruere, prout contra Hiernonym. Gonzalez ad Reg. 8. Cancell. Gloss. 25. n. 15. tenent. Engel ad cit. de Praeb. num. 6. Pirhing ad cit. de Offic. Leg. n. 25. inf. Wiestner ibid. n. 24. Præter-

162 Præterea in Sumis Ducebus pleraque Beneficia, quae Summo Pontifici reservata; vel jure patronatus affecta non sunt, conferunt Episcopi cap. regenda 4. X. q. 1. cap. nullus 1. & seq. XVI. q. 7. cap. in Ecclesiis 1. de Capell. Monach. cap. cum ex injuncto 12. in fin. de Hæretic.

163 Denique ex privilegio Apostolico nec non praescriptione vel consuetudine Praelati inferiores & aliae personae Ecclesiasticae jus conferendi Beneficia consequi possunt per cap. auditis 15. & cap. cum olim 18. de Praescript. Laici tamen idem jus nec praescriptione nec consuetudine acquiri potest per cap. si quis 12. & plur. seqq. d. XVI. q. 7. cap. canoniam 7. de Praescript.

164 Quæres: quisnam Beneficia seu Canoniciatus Ecclesiarum Cathedralium aut Collegiarum conferat?

Respon. neque de Jure Communi; neque de consuetudine quæstionem hanc reperiri decernam. Nam, licet de Jure Communi communis sit sententia, quòd Collatio praebendarum seu Canoniciatum ad Episcopum vel Praelatum simul & Capitulum pertineat, ita ut Episcopus seu Praelatus unam, ac totum Capitulum vel major illius pars, alteram vocem habeat, ac, si discordent, res absque effectu sit. Card. de Luca de Benef. dist. 11. n. 26. Engel ad tit. de Praebend. n. 66. Lotter de re Benef. l. 2. q. 21. n. 81. ac novissimè Clarif. P. Schmalzgrueber n. 48. & 49.

§. III.

Quid in Collatione Beneficiorum sit observandum?

165 Respon. hoc præcipue observandum esse, ut Beneficia sine diminutione conferantur juxta rubr. & cap. an. Ut Ecclesiastica Beneficia sine diminutione conferantur. Censetur autem Beneficium multipliciter dimiui; per unionem, divisionem, suppressionem, pensionem, aut oneris impositionem. De unione nonnulla sunt dicta in n. 88. & seq. De divisione textus est in cap. vacante 26. de Praebend. suntque quadam disputata in cap. 2. à n. 54. De suppressione nonnulli delibatum in eod. cap. n. 81. & seq.

170 Dismembratio est separatio seu translatio quorundam fructuum, & credituum Beneficiorum, ab uno Beneficio, quòd redditibus abundat, ad aliud, quòd redditus habet tenues: hæcque cum Beneficium scindat, ac mutilet, non est Episcopis permissa cap. majoribus 8. cap. tunc si avertatis 20. cap. vacante 26. cap. cum causam 36. de Praebend. præterquam si, præter assensum Capituli, causa necessitatis spiritalis concurrat, velut accidit in casu novae Parochiae secundum dicta in cit. cap. 2. à n. 54. Magnif. P. König ad tit. Ut Ecclesiastica Beneficia sine diminiunt. n. 25. P. Reiffenstuel ibid. n. 25. & seqq. Lotter de re Benef. lib. 1. q. 27. n. 25.

171 Pensio est certa portio reddituum, à Beneficario alteri præstanda; quam item Ordinario prohibita esse, deducitur ex cit. rubr. & cap. junctò cap. extirpanda 30. §. qui verò de Praebend. quia scilicet Beneficium & Beneficiarius adjuncta pensionis obligatione plurimum

grueber ad cit. tit. n. 50. Attramen, utre. 166. Et notat Garcia de Benefic. p. 5. cap. 4. n. 16. & Gonzalez ad cap. cum Ecclesia 31. num. 6. ex textibus, alioquin citari solitis, in cap. ult. de supplicanda neg. huj. cap. postmodum 15. de Concess. Praeb. probari nequit. Ut proinde non sine fundamentò dici possit, quòd pertineat ad Episcopum seu Praelatum cum consensu Capituli vel majoris partis per textum in cap. cum in Ecclesiis 33. de Praebend. in 6. & cap. ea noscitur 6. de his, quae sunt à Praelato: quia alius in negotiis, ubi agitur de obligatione, emolumento, vel præjudicio Capituli quæ talis, Episcopus cum consensu Capituli vel majoris partis procedere solet & debet ex dictis in n. 1. cap. 4. n. 124. & seq.

De consuetudine quoque diversò modò ejusmodi Canoniciatus conferuntur. Etenim interdum Episcopus cum Capitulo vel ejus assensu aut consilio; nonnunquam Episcopus solus; aliquando solum Capitulum; sæpe Episcopus & Capitulum alternativè; subinde Capitulum non collegialiter, sed per turnum, ut vocant, seu à singulis nomine Capituli per ordinem conferuntur. Sicque debent exaudiri textus in n. 166. allegati; junctò textu in d. cap. cum Ecclesia 31. de Elect. cap. à collatione 11. in pr. de Appellat. in 6. Videtur etiam P. Schmalzgrueber n. 48. & 49.

aggravatur; nisi sequentia concurrant. 172 est iusta causa, puta si Clerico pauperi stipendium quoddam ad continuanda studia subministraret arg. Concilii Trident. sess. 5. de Ref. cap. 1. si lis super Beneficio transactione componatur, & uni ex colligantibus pecunie quantitas assignetur cap. nisi essent 21. de Praeb. cap. de cetero §. de Transact. si duo Beneficia inter se permittuntur, & unum alterò sit pinguius per cap. ad quæstiones 6. de Res. permittat. si Beneficiatus ob senium aut infirmitatem resignet arg. cap. tunc nos 4. de Clerico Exor. vel debilit. si quis insignia habeat merita in Ecclesia arg. cap. cum in officio 7. de Testam. Conferantur Cardin. Luca de Pension. dist. 40. Pax Jordan lib. 9. tit. 1. n. 496. König cit. l. n. 42. Clericus de Pension. discord. 1. an. 14. ubi in n. 23. scribit, ultimam causam in actu pratico de facili discedere à justitia: qua aliquando Antistites reservant pensiones familiaribus suis, tanquam bene meritis, quamvis nominetentur tales sint: eorum enim servitium remunerari debet ex fructibus mensæ Episcopalis, non etiam ex pensionibus super Beneficiis. 174 est, ut pensio constituatur Clerico, primam saltem sortum habent, non Laico; quemadmodum probabilior sententia docet cum Card. de Luca de Pension. in summa à n. 5. & 6. Fagnan. in cap. ad audientiam 31. de Rescript. n. 78. Pax Jordan d. lib. 9. tit. n. 504. Azor. Instit. Moral. p. 2. lib. 8. cap. 7. n. 3. Clericac. d. discordia 1. num. 25. & discord. 3. à n. 7. Nec enim